

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus septimus de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

est pratermissum. Atqui multa pratermittuntur. Ne minimum quid omittas. Reor equidem multa praterca superfore, verūtamen quotcunq; ad presens referri poterūt, haud fronte dimittam. Ita precor. Cogita duo hac esse, & vñū quidem in genere locoq; intelligibili regnare, alterū inuisibili, ne sub cælo, inquam, videar te circa nomē decipere. Atamen species duas habes, visibile scilicet & ipm̄ intelligibile. Habeo equidem. Perinde ac si accepteris lineā in duas aequales scēlam portiones, & vtrāq; rursus partem simili rōne diuiseris: ita nūc oblatū tibi genus vñū visibile, intelligibile alterum, in duo rursus secundū claritatem et obscuritatem utriusque distingue. In genere quippe visibile portio vna imagines continet. Voco autē imagines, primum vmbra. Deinde simulacra qua in aquis apparent, & qua in corporibus dehis, lenibus, tersis ac lucidīs, & omne quodcunq; tale, fetenes. Teneo. Portio verō altera comprehendet ea quorū haec similitudines quadam sunt, animalia videlicet qua apud nos sunt & plantas, & vniuersum fabrica genus. Sic pono. An vis praterca secundū verū et non verū dicere genus hoc distingui? Ut quēadmodū se habet quod opinione fingitur ad id quod scientia noscitur, ita simulacrum ad illud cuius est simile? Valde. Considera iterū intelligibilis scētionem. Quo pacto? Vñū quidē ipsius genus est quod inquirat animus huic utes velut imaginibus qua prius diuisa sunt, compulsus ex suppositionibus nō ad principium, sed ad finem procedere. Alterum verō quod excogitat animus, ex suppositione procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus vtens quibus ad genus alterum vti solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis qua dicit intelligo. At n. facilius per hac intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriā et arithmetica et ceteris generis eius versantur, supponunt quidē par & impar & figuras ac tres species angulorū, et horum similia in argumentationibus singulis, et his positīs tanquā cuiuslibet manifestis, rationē de his nullā exigendam putant. Atq; hinc incipientes ad alia iā descendunt, et ad illud tandē perueniunt quod quaerant. Prorsus id noui. Enimvero & illud nosti, quod & supradictis speciebus vtuntur, deq; illis verba faciūt: tanquā non ad eas mentē dirigūt, sed ad illa potius quorū ista simulacra sunt, ad quadrangulū ipsum videlicet, ipsumq; diametru, non ad ea qua scribunt. Et in alijs eodem modo speciebus quidē hęc qua describunt figuratq; quarum et vmbrae sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam vtuntur, affectantes illa conspiciere, qua non aliter quā cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius inuestigationem cogitatum suppositionibus vti, ad principium non eunte, vt potē qui supra suppositiones ascendere nequeat, vt aturq; imaginibus his q̄ ex inferioribus sunt ad superiorū similitudinem cōparata, atq; ita opinione concepta distinctaq; sunt, quasi ad illa perspicue conferant. Intelligo equidē dici abs te quod in geometria & alijs eius germanis artibus fieri solet. Alterā intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principijs habet, sed reuera pro suppositionibus accipit, tanquā gradibus quibusdam et admodum utens, quousque ad illud quod non supponitur, ad princi-

pium videlicet veniens vniuersi ipsum attingat, & rursus adhaereat illis qua principio haerent, atq; ita ad finem vsq; perueniat, nullo prorsus sensibili vtens, sed ipsis speciebus, per ipsas, atq; ad ipsas progrediens. Intelligo tandem, tanquam minime sufficienter, vt cuperem. Vide ris. n. mihi magnum opus proponere. Molis quidem disserere, partem illam verē existentis & intelligibilis generis, qua per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorem quam ex illis scientijs, qua artes appellantur, inuestigamus. In quibus pro principijs suppositiones habentur, & qui ista considerant, cogitatione coguntur non sensibus intueri. Quoniam verō ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indagant, intellectum circa hac habere tibi nequaquam videntur, licet cū principio intelligibilia sint. Videris autē mihi geometricarū & similiarū rerū habitum cogitationem potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio inter opinionem & intellectum medium teneat. Sufficienter admodum percipisti. Atque ad has quattuor proportionales, quattuor itidem animi affectiones accipe. Intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum verō a simulationem siue imaginationem. Hac praterca inuicem altera ratione proportio nis ordina, vt ita hac claritatem participant, quemadmodum illa circa qua sunt, veritatem. Intelligo equidem, & quod dicis admitto, & vt iubes ita dispono.

DIALOGVS
SEPTIMVS DE
IVSTO,
MARSILII FICINI
ARGVMENT.



APIENTES diuino ingenio praediti omne mentis studium a terrenis ad caelestia, a mobili bus ad immobilia, ab his qua sentiuntur, ad illa qua superant sensum pro viribus conuertunt. Considerantesq; mundi machinam & vnam esse, & mirabiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerunt ab alio dependere: ab alio inquam vno, atque sapientissimo, qui & vnum consiciat opus ex multis, & id vnum vbiq; ordinet sapienter, regat praterca & potenter, opus videlicet ingens atque multiplex, motu quidem perpetuo, atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum: ducat quoque benignissime singula ad bonum mirificatum communitate tum facilitate currentia. Quamobrem cōmuni quadam conceptione Deum esse pariter consenserunt, vnum vniuersi regem potentem & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, rerumq; publicarum gubernatores pro viribus debeant imitari. Post communem hanc de Deo conceptionem gemina rursus via ad Deum ceperūt planius atque proprius proficisci: per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsum bonum, id est, quid Deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex his qua capiuntur sensibus, neque ex his qua mente comprehenduntur. In hac autē & creaturas ad creatorem, & vicissim creatorem referentes ad creaturas, excogitauerunt qua ratione & creator singula faciat atque perficiat, & creaturae ad ipsum sese vel habeant, vel imitari, vel consequi possint. Haec enim procedere philosophantis ingenium Plato noster & in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat. Quod Dionysius quoque Areopagita maxime comprobat. Procedere inquam hucusq; tum radio quodam ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitus mentes assidue collustrante. At verō quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide, & hic ostendit, nemo per eiusmodi vias assequi potest. solum verō per has illuc denique peruenire, vbi diuinitus bonum

bonum ob solam benignitatem suam amatorem suum proprius accendit
 tem & propria luce format, & calore fouet, & potestate transfor-
 mat mentem, tum demum cognoscens Deum cum ipsa iam facta sit
 Deus. Quod quidem in epistolis quoque significat. Postquam vero deus
 philosophus contemplatus fuerit celestia gubernantem, tunc solum,
 & solus poterit terrona diuinitus gubernare. Qua quidem in re Pla-
 to Minoem laudat ab Ioue prius contemplando petentem leges quam
 ad homines promulgaret. Mitto quantum multi laudent Scipionem,
 quod Ioue magistro ad remp. accedebat. Quid de Numa Pompilio di-
 cam, civitatem religiosis legibus gubernante? Nōne & Moysae le-
 ges quibus Dei populus diuine gubernatur. Deo ipso docente ad ho-
 mines peruenerunt? Hinc Aristoxenus narrat philosophorum Indo-
 rum mysteria, quibus continetur, absque diuina regula, & hac qui-
 dem a Deo demonstrata, non posse quicquam vel priuatum vel publi-
 cum recte feliciterque inquam administrari. Quoniam vero idem Aegy-
 ptii compertum habebant, solis philosophis, & his quidem absolutis
 atque insuper sacris regni gubernacula concedebant. Atque vsque
 adeo putabant nihil absque diuino auxilio posse feliciter agi, ut omnia
 publica a sacris votisque auspicarentur. Nihil rursus absque diuina qua-
 dam inspiratione intelligi posse adeo asserbant, quemadmodum re-
 fert Iamblicus, ut omnes apud illos philosophantium libri Mercurij
 Dei nomini sint adscripti, quasi non hominum sint inuenta, sed Dei.
 Quod Timæus quoque significat dicens philosophiam donum esse di-
 uinum. Ciuilem quoque peritiam esse diuinum munus in Protogora
 & Politico docet. Atque ut ad hunc septimum redeamus, non ad-
 mittit quenquam ad hanc suam rempub. gubernandam, nisi quem
 constitit diuina quadam tam indole quam educatione utrunque do-
 num diuinitus accepisse: quem solum ubique legitimum ciuem philo-
 sophumque appellat. Sed cur diuino ad id munere opus esse dicit? Mit-
 to nunc alias rationes. Quia videlicet cum difficilimum cuique sit
 seipsum feliciter gubernare, certe impossibile est civitatem, ex iam
 multis diuersisque compositam, cui & quotidie innumerabiles inces-
 sique imminent casus, beatè inquam absque Deo beatitudinis autore
 componere. Hinc factum est ut qualibet ciuitas proprium quoddam
 numen agnouerit, quasi patronum. huius vero numinis vicarium et
 interpretem esse Plato vult ciuitatis gubernatorem, qui instar numi-
 nis & diuina contempletur, & humanis inde provideat. Quamob-
 rem malos homines quasi diuini numeris omnino expertes a rep. pro-
 cul expellit. Solos autem accipit bonos. Neque tamen omnes. Nam igna-
 ros theologia appellat cecos atque somniantes, ut potè qui rerum ima-
 gines pro rebus accipiant: Stultum vero censet ciuitatis custodiam & ce-
 cis somniantibusque commendare. At vero theologos, qui nullum adhuc
 humanarum rerum usum teneant, non prius ad publicas res geren-
 das admittit, quam priuatis leuioribusque tractandis assuescerit. Co-
 cludit interea nulli magistratum esse dandum, nisi cuius uita sit me-
 lior magistratu, ipsumque magistratum neque petat neque etiam appe-
 tat. Tu vero ubi Plato in erudiendo ciuili philosopho imaginem pro-
 ponit speluncæ, & vinculorum, & luminis cuiusdam, umbrarumque
 & aquæ, speluncam intellige hunc quem videmus mundum, si ad
 mundum inuisibilem comparatur. Vinculum vero corpus humanum,
 siue potius perturbationem animi corpus alligantem. Umbræ autem
 res omnes quæ sensus mouent. Sunt enim hæc uerarum rerum, id est
 idearum umbræ. Quod autem dicit animum non absque offensione
 repente tum ab inuisibili mundo descendere ad visibilem, tum rursus
 ascendere, duobus more Platonicis modis potes accipere: tum in
 hac uita, quando videlicet absque medio ab hoc humanorum studio,
 ad ipsum supremum diuinorum studium, atque contra transitur: tum
 inter hanc uitam atque alteram. Quando scilicet anima vel impu-
 ra à corporis tenebris ad diuinum migrat lumen, sub quo caligat pror-
 sus & cruciatur: vel à diuino lumine in corpus elementale descen-
 dens diu cecidit atque turbatur. Memento vero luminis proprium
 esse omnia facere atque demonstrare: idque est triplex, diuinum, intel-
 lectuale, visibile. Diuinum appellari solis utriusque solem. Intelle-
 ctuale, solem angelicum nominari, solis mundani solem. Visible de-
 nique lumen, esse celestem solem eiusque fulgorem. Quemadmodum
 vero fulgor à celesti sole per omnia se diffundens, est imago actusque
 solis: ita & lux quæ inest soli, imago est actusque mentis angelicæ.
 Lumen deinde in angelo diuini luminis actus est & imago. Et quem
 admodum visibile lumen in natura perspicua duntaxat recipitur, sic
 inuisibile in perspicaci natura. Tres eiusmodi soles Iulianus Platoni-
 cus in libro De Sole describens, addit ex Phœnicum theologia, visibi-
 le lumen esse diuina angelicæque intelligentiæ actum quendam peren-
 nem per solarem fenestram ad oculos emicantem, atque inde per ma-
 terias passim perspicuas quasi conuenientes sibi diffusum. Caterum
 ne diffidas lumen hoc apprensibile esse luminis non apparentis imaginem,
 scito id lumen non esse corpus. Corpora namque absque offensione infectioneque
 penetrat. Item non fieri propriam compositi corporis qualitatem. Alio-

quin & propriam requireret qualitatem elementorum calidam sine
 frigidam in eo precedentem, quod ipsum sit suscepturum, & recedente
 sole ad tempus in perspicuo remaneret. Item dimensionem propriam non
 adstringi. Non enim tempore peruenit, vel partem nunc illuminat, &
 post partem. Adde quod amplum absque sui dissipatione implet, &
 circumque in angustis sine vel sui vel uasis contractione momento se col-
 ligit. Neque proprie corporis est, sed inter incorporea & corpora
 medium, et profecto propria celi qualitas, cuius natura incorporea
 est quam proxima. Communicatur quoque elementis duntaxat perspi-
 cuis, in hac ipsa perspicuitate celo similibus: perspicuis inquam pri-
 mo lumen, deinde calor: opacis autem calor primo, lumen vero non
 prius quam per calorem ad naturam perspicuam redigantur. Cor-
 poribus autem opacis, in quibus natura terrea dominatur, non infun-
 ditur. Non quia penetrare non possit, quandoquidem & crystallum
 penetrat opacis multis solidius: sed quia natura terrea à natura cele-
 sti alienissima celestis qualitatis capax esse non potest. Cœcat tamen
 opacis calorem ut dixi, non tam proprium calo quam lumen. Calo
 enim quia lucet, ideo calet. Quod autem lumen à calo in perspicua no-
 stra diffusum, solis imago rursus debeat appellari, hunc apparet,
 quod ipsum est imaginum omnium cœlis propriaque origo. Imagines nam-
 rerum sub ipsius fulgore resultant, ipsi quoque est imago tam potens, ut
 appareat non solum quando à speculari corpore reflectit, sed etiam quā-
 do à sole proficit: quod ceteris imaginibus minime conuenit: ois ta-
 men incorporea sunt: siquidem per totum momento se fundunt, eodemque
 in puncto absque mutua confusione sunt multæ. Incorporeum ergo est
 & lumen, cuius id virtute perspicitur. Proinde momento solis radii
 secum ferre actum lucis rursusque caloris. Ac per lucem quidem referre di-
 uina & angelicæ intelligentiæ claritatem. Per calorem vero utriusque
 voluntatis charitatisque affectum. Cui vero superi quemadmodum
 & artifices, opera per voluntatem potius quam per intelligentiam
 agant, merito visibile hic radius ex inuisibili illorum radio proficit,
 per calorem agit singula quæ gignuntur, potius quam per lucem.
 Imò vero per lucem agit, sed rerum imagines spirituales, per calorem
 vero corporeas qualitates. Calorisque hic ita dependet à luce, quemad-
 modum in diuinis per intellectum idealiter representantur omnia, ut
 affectum inde surgentem oia generantur. Nos vero hinc admodum
 natura terrea lumen celeste non recipit, terrenos à nobis efficitur lan-
 guis expellamus, ut diuino lumine impleamur. Ac si huiusmodi corpus
 non accipit primi luminis, nisi caleat inde prius simileque radiat na-
 que quoque mentium ultimi flagremus prius amore prima, ut amore per-
 gati factique similes luceamus deinde diuinitus, ac pleni iam lumine
 gaudeamus. Sed reliqua iam huius septimi perstringamus. Quoniam
 igitur triplex lumen est, ut diximus, visibile scilicet, & intellectu-
 le super visum, & diuinum super intellectum, ideo Plato in tribus
 gradibus mentionem hic facit de lumine, scilicet in caeuerna, in nocte,
 & in die: tria videlicet lumina illa significans. Ter quoque mentio-
 nem facit de aqua, in caeuerna, in nocte, in die. sicut enim lumen
 & facit & demonstrat oia, sic aqua lauat omnia atque repræsentat.
 per primum quidem significat mores, per secundum vero contemplati-
 uum. Et utrumque tribus gradibus peragitur. Nempe per moralem ter la-
 uat & purgat, primo quidem amputando secundos motus per uirtutes
 ciuiles, deinde eosdem per uirtutes purgatorias extirpando, ter-
 tio per uirtutes animi iam purgati motus primos absolutissime mode-
 rando, unde iam ad exemplares quæ in Deo sunt, uirtutes perueni-
 tur, præsertim per contemplationem. Cuius quidem tres sunt gra-
 dus, quos refert aqua ter nominata, quatenus ipse imagines repræ-
 sentando, refert intelligentiam. Diuina siquidem in tribus, ut ita
 dixerim, aquis representari uidentur. Primo quidem licet confusum,
 in rationibus physicis: Secundo distinctius in mathematicis: Tertio cla-
 rissime in metaphysicis penitus absolutius. Formas quidem physicas
 Plato oino materiales appellat, quia et cœli & propria materia inui-
 gent, & absque illa cogitari non possunt. Mathematicas uero formas
 non adeo materiales, quia & propria non egent materia, sed aut cœ-
 lumi tantum ut dimensiones, aut nulla, ut numeri: atque hæc sunt
 materia licet excogitare. Diuinas denique formas oino immateriales
 existimat, resque ueras, quarum imagines quidem sunt mathematicæ for-
 mæ, umbræ uero res naturales mysterium uero hoc est Pythagoricum.
 Cui ergo animaduertenter Thaletem, Democritum, Anaxagoram,
 tam negligentes in rebus diuinis fuisse, quam diligentes in naturalibus,
 Pherecydem contra & Pythagoram Pythagoreosque ois mathe-
 maticorum principes, pariter summos exitisse theologos, moribusque
 diuinis, merito partim ratione, partim experientia conclusit curiosum
 naturalium studium animam seipsum à diuinis auertere. Quam &
 Salomon propterea occupatione pessimam iudicauit, & miseris qui
 nimium occupantur in ea. Eosdem in Phædone Socrates detestatur,
 eos inquam qui naturalium effectuum causas, duntaxat ad qualita-
 tes quasdam elementales curiosius referentes, in eiusmodi primo
 cippo

capio & sine quiescunt, neque summum vniuersi principium sinemq; perquirunt. Quamobrem Septimus hic liber ubi animam ad summum bonum solemq; id est Deum, ideasq; diuinas quasi stellas conuenientibus perducit gradibus, nullam in ipso ascensu naturalis peritiae efficit mentionem. Sed mathematicos quosdam gradus ad diuina como dius perducetes adducit in mediū: inter quos duo sunt puri. Arithmetica enim circa puros versatur numeros, & geometria circa puras dimensiones. Tres vero gradus sunt mixti. Nam Musica numeris addit voces motusq; ad auditum præcipue pertinentes. Stereometria vero dimensionibus addit pondera. Astronomia numeris dimensionibusq; celestes sphaeras motusq; metitur. Vtitur autem Plato naturali peritia in descensu potius quam ascensu, quemadmodum in Timæo & Philebo atque Parmenide, & alibi sepe docet. In descensu enim per diuinas naturalium causas, naturalia vult principalia demonstrari. In ascensu vero per anxiam naturalium curam, tanquam a diuinis valde remotam, diuertere ab illis animam putat potius quam couertere. Omnino autem & actiones omnes etiam si honestissimæ videantur, nihili pendit, nisi ad diuini boni imitationem consecutionemq; conducant: & speculationes similiter omnes vel negligit, nisi ad diuinum bonum inueniendum conferant, vel etiam de resatur, si quo pacto nos inde diuertant. Proinde totum philosophia studium esse vult a sensibilibus conuertere ad intelligibilia, ad ipsamq; bonum, quod intelligibile lumen est supremum, ascendere. Atq; quemadmodum se habet visus ad visibile summum, id est solem, sic intellectum ad summum intelligibile lumen, scilicet Deū se habere. Ergo sicut sol generat oculum, & generando vim videndi largitur, & genito actum videndi continue præstat: sic Deus et intellectum creat, creandoq; intelligendi vim præbet, & creato continue actum intelligendi. Rursus quemadmodum circa oculum nihil opus est ab arte fieri, nisi purgare ipsum atque conuertere: ita circa intellectum duo duntaxat præstat philosophia, purgando scilicet ipsam tum a perturbationibus, tum a falsis opinionibus, atque conuertendo per rationes exhortationesq; a sensibilibus formis ad intellectuales nobis insitas formas, perq; has ad formas intelligibiles. ideas. Rursus per ideas ad diuinam mentem, qua comprehenduntur ideae, ab hac denique ad diuinum bonum, idearum principium atque lumen. Cum ergo dicit animam a lucerna ad lunam, a luna ad solem attolli, significat a formis naturalibus ad mathematicas, ab his ad diuinas denique eleuari, non docendo quidem: diuina enim, ut tradit in epistolis, doceri non possunt: sed purgando potius atque conuertendo. Nam his peractis, sicut sol qui est visibile lumen, monstrat oculo visibilia, ita ipsum bonum quod intelligibile lumen est, intelligenda intellectu patefacit. Sed de his in Theologia nostra latissime. Itaque nemo mirari debet Platonem, doctrinali scribendi ordine uti rariis, purgatorio vero atque exhortatorio, id est conuersatorio semper. Post hæc nota ex eorum numero que sentiuntur, illa potissimum intelligentiam excitare, que haud planè per sensum a suis oppositis discernuntur, ideoq; intelligentia indigent discernente. Itè numeros non esse corporeos. Si quidem nihil aliud numerus est quam unitas repetita. Unitas aut non est corpus: non enim in partes diuiditur: que si fingatur diuidi, non secatur, sed potius multiplicatur, multiplicatur inquam in seipsam, non in partes vllas: pars enim quælibet toto solet esse minor. Nulla vero unitas vel maior, vel minor est unitate. At qui hæc ipsa unitas numerusq; ad incorpoream nos essentiam erigunt: similiter quoque figura quarum ratio vera in mente reperitur potius quam in corpore. Similiter astronomia ex ordine celi motoris rationem indagare videtur. Eum Plato astronomum negat superna suspicere, qui ab ipso calo non prospexerit super æelum, præsertim quia celestia cum integrum non impleant ordinem, vniuersum a superiore quodam & integro ordine pendent. Deridet et musicum nisi a consonantia vocis ad intellectualem se recipiat consonantiam rationem. Denique dialecticam, id est metaphysicam siue theologiam omnibus facultatibus anteposit, & ducentem omnes, & ad suum officium vident ministerio singularum. Officium vero eius esse, per totam ipsius quod dicitur ens, progredi latitudinem, atque ad ipsum bonum totius entis causam se conferre, & in ipso entium ordine quid vniuersumque sit desinare, rationem cuiusque essentia assignando, quidue quamlibet sequatur essentiam demonstrare. Ceteras autem facultates præ huius nobilitate iudicat esse seruales. Aut enim ad opiniones hominum declinant, vel ad generationes compositionesq; inferiorum, vel ad cultum eorum que oriuntur: aut saltè si ad incorporea sese pro viribus erigunt, nihilominus circa illa quodammodo somniant. Quales esse inquit mathematicas disciplinas. Morè vero duo subiungit genera, essentiam scilicet, atque generationem. Ad illam quidem intelligentiam, ad hanc autem opinionem existimat pertinere. Rursus in intelligentia scientiam quidem dicit essentiam consequi ad dialecticum pertinentem, cognitionem vero se-

qui essentiam, & ad mathematicum attingere. In opinione similiter fidem imaginationemq; connumerat: & per illam quidem corpora percipi, per hanc vero imagines corporum atque umbras. Deinde concludit ceteras facultates absque dialectica esse cacas: Atque eas simul & dialecticam insuper vanas esse, nisi ipsam boni ideam perspicue nouerint, perq; ipsam in singulis scientiæ a falso vera bona discernere. Eum vero qui boni ignorauerit rationem, & insomniis lucidolum turbari, & ad inferos descendente illud magis atque uexari. Subdit eum hominem esse claudū qui ad alterutrum, siue ad agendum, siue ad speculandum ineptus sit atque imperitus. Quapropter ad gubernandum eligit illos, qui ad vtrumque & apti natura sint, & disciplina sufficienter instructi. Interea nota mendacem quasi mancum & mutilatum a rep. excludendum. Mendacem vero nominat, & qui dedita opera mentitur alijs, & qui per ignorantiam mentitur ipse sibi. Memento & labores animi grauiore esse quam corporis, ideoq; in iuuentute descendendum, liberalesq; disciplinas procul a seruitute docendas. Neq; tamen dialecticam adolescentibus esse tradendam. Quod Philebus quoque nos docet. Nam ut Phædrus quoque distinguit, duo nobis omnium insunt duces, imata videlicet cupiditas voluptatum, & acquisita quadam per educationem opinio, dictans honesta & iusta nobis a legibus definita in omnibus esse seruanda. Duo vero hi duces sepius in contraria distrahunt. Quoniam vero differendi facultas si tradatur adolescentibus, opinio nem honesti debilitat, unde euadunt intemperantes, imò & superbi & impij, ut in Philebo quoq; & Legibus legitur, idcirco ante trigimum etatis annum in mathematicis erudiendi sunt, atque in publicis negotijs per interualla pariter exercendi. Cum vero ad trigimum peruenierint, ad dialecticam admittendi, ita tamen, ut rursus per interualla reuocentur ad publicas actiones. Tu vero differendi industriam a forma quidem sua Dialecticam nomina, ab exordio Logicam, a fine Metaphysicam atque Theologiam. Scito & ad eiusmodi dialecticæ finem, quasi diuinum homines in quinquagesimo etatis anno vocari, propterea quod ad diuinorum intuitum purgata mentis opus est atque serena. Interea hic animaduerte, quod & hic & in Theologia sepius usurpamus, a Platone notari tria quaedam, radium scilicet, lumenq; & lucem. Radium quidem esse singulis mentibus sicut & oculis proprium & naturaliter insitum. Lumen vero cunctis oculis esse commune. Lucem denique diuinam præesse luminum omnium communi, quemadmodum lux in sole præest luminum oculorum æque communi. Concludit ciuem postquam boni ipsius lucem & per radium inde sibi naturaliter insitum, & per lumen eiusdem rursus insusum fuerit contemplatus, oportere ciuitatem ad boni ipsius exemplar pro viribus gubernare.



POST hæc naturam, inquam, nostram, quod ad eruditionem & rudicitatem attinet, tali quadam imagine contemplare. Finge animo subterraneum specus instar domicilium, cuius ingressus longissimus versus lumen in antrum totū pateat. In eo homines nutritos a pueritia ceruicem & crura ita deuinctos, ut & immobiles permanere cogantur, et ad interiora solū prospicere, capita vero vinculis astricta circumagere nequeant. Post tergum autem superne ac procul ignis fax suspensa sit, interq; ignem & uinctos homines via superior paulò, secus quam paries sit constructus exiguus, sicut plerumq; prestigatoribus septa quadam, super quibus sua miranda demonstrant, corâ spectantibus opponuntur. Esto inquit. Cogita rursus homines intra parietem ferentes vasa varia, supra parietem eminentia, statuasq; hominum & aliorum animalium lapideas & ligneas imagines, modisq; varijs fabricatas. Atq; ut cõsentaneū est, qui hæc circumferunt, partim sileant, partim loquatur. Quam portentosa hæc figmenta sunt? At similes isti nobis sunt. Nam primū quidē putas istos aliud quicquā vel sup̄sorum, vel proximorū horū videre præter umbras que ab igne in aduersam spelunca partem cadunt? Nihil aliud, quando nunquam in vita mouere capit

Specus Platonis.

capita potuerunt. Quid aut eorum quae circumferuntur, nonne umbras duntaxat? Nempe. Si ergo inuicem loqui liceret, nonne umbras rerum nobis appellandas esse putare eos credamus? Neesse est. Quod si echo ex aduersa parte carceris resonaret, quoties prateruentium aliquis loqueretur, putasne ipsos alium quenquam, quam transeuntium umbras loqui existimatos? Non per Ionem. O non igitur isti nihil verum esse nisi fabricatarum rerum umbras arbitrarentur. Ita prorsus neesse est. Contra vero nunc aduerte qualis foret eorum a vinculis solutio ignorantiae curatio. Nempe si quis eorum solueretur, cogereatur, repente surgere, collum vertere, ambulare, lumen ipsum aspicere, doleret protinus, nec propter splendorem intueri posset illa, quorum umbras ante cernebat. Huic si quis nugas haecenus spectauisse dicat, nunc aut rebus veris esse propinquiore veriusque inspicere, ac prateruentium queng, monstrans, quid sit quasiuerit, nonne vacillaturum putas, arbitraturumque veriora esse, quae ante cernebat, quam quae nunc ostenduntur? Multum.

Et si coegerit eum lumen aspicere, nonne dolore oculorum affectum iri putas? oculosque ad ea quae facile prius uiderat, retorquere, certiora ea existimantem, quam quae subito tunc offerbantur? Ita nimirum. Si vero quis eundem per aspera atque ardua sursum traheret uolenter, neque permetteret quicquam aspicere antequam ad solis lumen extraxisset, nonne dolere ipsum et agere ferre dum raptaretur, existimas? Et cum ad lumen euectus fuerit, oculos splendore suffusum herere, nihilque ex his posse conspiciere, quae uera nunc ab hominibus existimantur? Nihil certe subito.

Consuetudine igitur primum opus, si supera inspecturus sit. Umbrasque primum facilius intuebitur, post hac in aquis hominum ceterorumque imagines. Ipsa uero deinde quae in caelo sunt, et ipsum caelum nocte facilius contemplantur, dum astrorum et lunae lumen spectabit, quam si sole ipsum die solisque fulgore intueatur. Proculdubio. Atque ita demum sole ipsum sufficiet, neque iam in aquis et aliena in regione simulacra ipsius spectabit, sed ipsum secum seipsam in sede propria speculabitur, et qualis sit cognoscere poterit. Neesse est. Animaduerte tandem ipsum esse, qui tempora et annos temperat, qui omnia regit, quae sub caelo sunt, qui omnium quae ante ab ipsis uisa sunt, modo quodam est autor. Certum est huc illum hisce gradibus ascensurum. Quid si habitatione pristina memoria repetat, et illorum hominum sapientiam atque vincula? an non censet eum beatum se loci mutatione existimaturum, illos aut miseraturum? Et maxime quidem. Prater ea si qui honores ibi inuicem exhibebantur et laudes, dabanturque premia illi, qui transeuntia qualibet acute cernebat, recordareturque maxime, quae ex illis priora, quae posteriora, quae pariter progredi soleant, atque ex his futura optime praesagiret, haec ne desideraturum putas? beatosque illos qui apud eos honorantur et dominantur existimaturum? Vel quod ait Homerus malle, in alieno scilicet rure serui alicuius exortis mancipium effici, et quodlibet perpeti potius quam opinionibus istis illudi, et in ea miseria versari. Arbitror eum quicquam alia potius quam uita eiusmodi electurum. His si rursus descendat, et sedem quam antea nanciscatur, nonne cum repente a sole discesserit, tenebris offundetur? Vehementer. At si umbras illas discernere oporteat, de quibus disceptare cum illis qui perpetuis vinculis pressi

sunt, proferendaque sententia sit eo ipso in tempore, quoculi ipsius hallucinantur, antequam acies expurgetur, quod quidem non breui fiet, an non risum concitabit? et ab omnibus dedecori dabitur, quod postquam sursum ascendit, corruptis reuersus est oculis? diciturque nunquam ad supera contendendum esse, et eum qui soluere tenet, et sursum ducere si deprehendatur, protinus occidendum? Totam haec imago, o amice Glaucos, referenda est ad illa, quae supra dicta sunt. Carcer quidem is ad eam quae cernitur oculis, mundi machinam: fax uero ignis in specu, ad solis potentiam: postremo si ascensum ad supera eorumque conspectum, rite ad eum qui ad intelligibilem regionem tendit, ascensum retuleris, ut ego quidem spero non aberrabis, postquam sciam meam audire desideras. Deus aut nouit an uera sit. Quae igitur mihi apparuit, huc tendit. Nempe arbitror in ordine ipso intelligibili, boni ipsius ideam supremam existere, dixique uideri: si autem uisa fuerit, asserendum eam omnibus omnium rectorum atque bonorum causam esse, cum ipsa in loco uisibili lumen creauerit, et luminis auctorem: in ipso uero intelligibili regnet ipsa, ueritatemque et mentem protulerit. Quam nosse neesse sit omniquicumque sana mente quicquam uel priuatim, uel publice est acturus. Ita et ipse cogito utcumque possum. Agere et hoc considera: neque mireris, quod hi qui huc descendunt nolint humana tractare, sed ipsorum mentis acies semper ad supera dirigatur. Probabile quippe id est, si quidem superiorem imaginem sequitur. Probabile sane. Quid autem hoc? Mirandum putas, si quis a diuinis spectaculis ad humana haec mala prolapsus ineptior sit ad agendum, rideaturque, praesertim si ante quam praesentibus tenebris affueat, dum adhuc titubat, cogatur, uel in iudicio, uel alibi de iusti umbris, aut si atuis illis, quarum umbrae sunt, certare, de quibus coram qui iustitiam ipsam nunquam uiderunt persuasione iudicijque differere? Nullo modo mirandum. Verum si mentem quis habuerit, recordabitur quod duobus modis, et duabus ex causis turbari oculi consueuerunt: et cum ex lumine ad umbram descendimus, et cum ex tenebris in lucem prodimus: eodemque modo affici animum arbitrabitur, quoties turbatum uiderit, et ad aliquid cernendum hebetiore. Ideoque haud temere in risum prorumpet, sed diligenter inquirer, utrum a lucidiori uita descendens, nouis tenebris obruatur: uel ab insipientia plurima ad fulgidum speculaculum surgens, sub corrusco nimium splendore deficiat. Et huius quidem affertum probabit, uitamque eius beatam fore censet: illius miserebitur: aut si forte ridere uolet, haud tam ineptum hunc ridebit, quam eum qui a lumine superno decidit.

Consentaneum. Haec igitur si uera sunt, ita de his cogitandum est, eruditionem non esse talem qualem aliqui pradicant. pollicentur. n. animo scientia profusus experti se scientiam tradituros, quasi oculis caecis uisum. Profitentur certe. Praesens autem ratio nobis innuit, primum uim quae est in animo cuiuscumque, deinde instrumentum, quo rem discere quisque potest. perinde ac si oculum impossibile esset aliter quam uia cum toto corpore ad clarum obiectum ex obscuro conuerrere: ita tota mente a generatione usque ad id quod ens dicitur circumagere oportere, ut quod clarissimum est possit speculando transcendere. hoc autem ipsum bonum esse dicimus. Nempe. Ad hoc igitur ipsum eruditio competens, erit facultas quadam animi

animi dirigendi, ut ipsius oculus quam facillimè et effica-
 cissime convertatur: quæ huic oculo aciem visumq; nõ da-
 bit, sed eũ potius cum visum quidẽ habeat, neq; tamen re-
 tẽ cõuersus sit, neq; quò decet aspiciat, cõuertere omni ma-
 chinatione cõtendet. Ita videtur. Cetera igitur quæ Vir-
 tutes aũ nuncupantur, in hoc videntur virtutibus cor-
 poris similes. Nam cũ natura non insint, paulatim con-
 suetudine & exercitatione comparari videntur. Sapiẽtia
 Verò maximè omnium diuiniõis cuiusdã virtus existit,
 quòd vim quidem suam nunquam amittit, ab ipsa Verò
 circumductione vtile & conferens, ac inutile rursus no-
 xiumq; euadit. At nondũ animaduertisti, quam acute
 videt celeriterq; discernit illorũ animulã, qui licet mali
 sint, tamen sapientes habentur, ea ad quæ conuersa est,
 tanquã aciem habeat nequaquam hebetem, sed prauitati
 ferre coacta sit? Atq; idcirco quo acutius inspicit, eo plu-
 ra peragit mala. Oĩno quidem. Si ab hoc ingenio sta-
 tim à pueritia amputentur quæ sunt generationis affinia
 ceu plũbea pondera, quæ comestionibus & hĩmõĩ volupta-
 tibus & libidinibus, atq; delicijs inherentia mentis acie
 ad inferiora detorquent, confestim expeditus eius intui-
 tus, & ea ad quæ vera sunt conuersus, ipse scilicet idẽ et
 in eisdem hõĩbus tam acutè illa discernet, quam hæc qui-
 bus in presentia est intẽtus. Probabile est. Quid istud?
 Nõne probabile ac necessarium ex prædictis, neq; rudes ho-
 mines & Veritatis ignaros rempub. sufficienter admini-
 strare, neq; eos qui semper in studijs literarũ versati sunt?
 Propterea quòd illi quidem finem sibi certum non propo-
 fuerunt in vita, ad quẽ respicientes oportet omnia agere
 quæcunq; agant & priuatim et publicè. Hi autẽ haud
 sponte tractabunt ciuilia, existimantes se etiam hæc in vi-
 ta à negotijs humanis semotos, in beatorum insulis habi-
 tare. Vera narras. Nostram igitur qui condidimus ci-
 uilitatem, erit officium, optimas hõĩum naturas impellere
 ad eã quam supra diximus maximã disciplinam, bonũq;
 cognoscendum, adeo vt & rursus ascendant, & post-
 quã ascenderint ac satis inspexerint, ne ipsis quod nunc cõ-
 ceditur, permittamus. Quid istud? Vt in eo videlicet
 studio permaneant, neq; velint rursus ad homines istos car-
 cere clausos huc descendere, neq; laborũ istorum honorũq;
 seu viliores seu preciosiores fuerint participes esse. An ip-
 sis iniuriam inferemus, cogemusq; eos deteriozem vitam
 subire, cũ frui meliores possint? Oblitus es, ò amice, hoc
 legi curã non esse, vt vnum quoddã genus in ciuitate in
 primis sit beatum, sed vt tota ciuitas. Profectò ad hoc ci-
 ues ipsos persuasione et impulsione conciliat, facitq; vt mi-
 tuo sese adiuent, cõmunemq; pro viribus vtilitatẽ colãt.
 Nempe lex ciuili cætu homines congregat, non vt permit-
 tat unumquẽq; quo lubet ferri, sed vt ipsis ad copulam
 ciuitatis vtiatur. Vera loqueris. Id me fugerat. Cõsidera
 itaq; Glauco, quemadmodũ philosophos qui apud nos re-
 periuntur, iniuria nulla afficiemus. Sed cũ cogemus eos
 aliorũ curam gerere, iure in hunc modum dicemus: quòd
 videlicet quicunq; in alijs ciuitatibus philosophi reperiun-
 tur, ob hanc causam meritò administrandæ Reip. labores
 refugiunt, quia in qualibet ciuitate ipsi per se nascuntur,
 Rep. non curãte. Par autẽ est vt quod per se nascitur, cũ
 nulli pro alimentis acceptis sit obnoxiiũ, nulli exhibeat nu-
 trimenti mercedẽ. Nos autẽ vos itã vobismet quã reliquis
 ciuibus tanquã in apũ examine duces ac reges creauimus

melius perfectiusq; quã ceteri eruditos, aptioresq; ad
 vtramq; curã suscipiendã. Descendere ergò vicissim debe-
 tis singuli in aliorum hominum ceterum, & ad obscura
 inspicienda assuescere. Nam cũ assuesfacti fueritis, multo
 acutius illa cernetis quã qui in eis quotidie obuersantur,
 & qualibet simulacra quæ et quorum sint agnosceris, ut
 qui reuera noueritis, quæ honesta, iusta, bonaue sint. At
 que ita nobis unã ac nobis ciuitas quasi vigilatibus recteq;
 sentientibus coletur, non tanquã somniantibus, quẽadmo-
 dum nunc plurima habitantur, ab his videlicet, qui de
 vmbri inter se de decertant, deq; principatu tanquam
 maximo bono contendunt. Veritas autẽ ita se habet. Ciui-
 tas profectò in qua ciues ad expetendos magistratus mini-
 me ambitiosi sunt, optimè et procul à seditionibus perma-
 net: contra Verò, quæ aliter affectos habet ciues. Sic est
 prorsus. An reuertentur monitus nostros alumni, cũ hæc au-
 dierint? nolentq; vicissim singulis ciuitatis administratio-
 nẽ suscipere, sed in contẽplationis otio diutius cõmorari?
 Minime. Nã iusta viris iustis præcipiemus. Sed omnino
 tanquã ad rẽ necessariã ad magistratũ accedet eorũ quis-
 que, contra ac illi qui nunc in singulis ciuitatibus domi-
 nantur. Nẽpe sic res se habet, ò amice. Si vitam inuene-
 ris eorum qui magistratibus præ futuri sunt, ipsis magi-
 stratibus meliorem, tunc primum tibi optimè instituta ci-
 uitas elucebit. In ea siquidem sola Verè diuites dominabũ-
 tur. non auri dico, sed cuius oportet virum beatum, di-
 uitè esse, vitæ proba atq; prudentis. Sinaut inopes, bonũq;
 proprijs vacui ad publica aduentauerint, bona illinc rape-
 re cupientes, ciuitas illa felix esse non poterit. Nã ubi de
 principatu contenditur, cum propriũ hoc sit & intestinũ
 bellũ, tum eos qui ita pugnant, tũ reliquam ciuitatẽ per-
 dit. Vera narras. Habes aliquos qui ciuiles honores sper-
 nant, præter viros philosophos? Non per Ionem. At n. magi-
 stratibus dandi sunt hominibus imperij minime cupi-
 dis alioquin simultas inter amulos orietur. Certè. Quos
 nam igitur alios ad custodiã ciuitatis induces, præter eos
 qui optimè hæc intelligunt, per quærite ciuitas colitur, ha-
 bentq; & honores alios, & vitam ciuili præstantiorem?
 Nullos equidem alios. Vis ergò nunc inquiramus, quo
 pacto tales in ciuitate viri euadant? et qua ratione eos ali-
 quis in lumen educat? quemadmodũ ab inferis ad deos
 ascendisse aliqui memorantur. Quidni velim? Hæc, ut
 videtur, non erit testã reuolutio, sed anima circumdu-
 ctio, à nocturno quodam die ad eius quod Verè est contem-
 plationẽ. Quem quidẽ ascensum Veram philosophiam esse
 dicemus. Omnino. An non inuestigandũ est, quæ disci-
 plina potissimũ hæc habeat facultatẽ? Quidni? Qua-
 nã igitur erit, ò Glauco, disciplina, per quã animus ex
 his quæ fluũt, ad ea quæ Verè sunt, reducatur? Nunc in-
 terim dum loquor cogito, Nõne. n. eos esse belli athletas di-
 ximus: sed necessarium dum iuuenes sunt, tales esse?
 Diximus planè. Oportet ergo hanc præterea superiori ad-
 dere disciplinam quã quarimus. Quam potissimum?
 Quæ scilicet non inutilis sit bellicosus hominibus. Oportet
 sanè, siquidẽ est possibile. Gymnastica porrò et musica in
 superioribus à nobis sunt eruditi. Ita prorsus est a-
 ctum. Gymnastica quidem circa id quod augetur &
 deficit, Versari videtur. Nam incrementum corporis &
 decrementum considerat. Apparet. Hæc ergo non
 erit ea quã quarimus disciplina. Non. An fortè ge-

Qui malus
 est sapiens
 libetur, co-
 para per-
 agi mala
 quo acutius
 erunt.

Gymnastica.

nus illud musica, quod supra narrauimus? At erat illa
 quidem, si tenes memoria, proportione quadam gymnasti-
 ca correspondens, consuetudine moribusq; custodes erudies,
 praebensq; secundum harmoniam, compositionem & con-
 cinnitatem quandam potius quam scientiam, et secundum
 rhythmum modulationem numerosamq; decentiam. Quin-
 etiam in oratione alia quaedam generis eiusdem continet,
 tam quo ad fabulosos sermones, quam quo ad veros. Cog-
 nitio vero talis cuiusdam boni, quale tu nunc inuesti-
 gas, in ea nulla prorsus existit. Diligenter admodum
 me commonuisti. Nam reuera tale nihil habere comperta
 est. Ceterum, o beate Glauco, quae nam talis erit facul-
 tas? Etenim artes mechanicae illiberalesq; omnes esse quo-
 dammodo uisae sunt. Quid ni? At uero, quae nã alia
 praeterea restat doctrina a Musica, & gymnastica, ar-
 tibuscq; diuersa? Age itaq; si nihil ab his seorsum accipe-
 re possumus, aliquid saltem ex ijs quae per omnia discun-
 runt, accipiamus. Quidnam? Comune scilicet illud
 quo oēs utuntur artes, cogitationes, atque scientiae, quod
 cuique in primis necessarium est discendum. Quale istud?
 Leue hoc & puerile, cognoscere scilicet unum, duo, tria,
 quod summam numerum & computationem uoco. An
 nõ ita natura comparatum est, ut oēs ars atque scientia
 cogatur horum particeps fieri? Et maxime quidem. Nõ
 ne res bellica etiã? Necessarium est omnino. Ridiculũ
 ducem Palamedes Agamemnonẽ fuisse passim in tragœ-
 dijs ostendit. An ignoras quod se proficetur numeri in-
 uentorem, asseritq; apud Troiam belli acies ordinasse, na-
 uesq; & reliqua oia numerasse, quasi horum numerus an-
 te fuisset incognitus, & Agamemnon, ut uideretur, neque
 quot pedes haberet, agnouerit? siquidẽ erat computatio-
 nis ignarus. Qualem itaq; tunc fuisse ducem existimas?
 Absurdũ equidem, si uera haec erant. Necessaria ergo
 numerorum cognitionem militi esse dicemus, ut & nume-
 rare & computare ualeat. Maxime oĩum, si modo ad or-
 dinandas acies oĩ no rudis esse non debet. Imo uero si hõ
 futurus est. An tibi in hac disciplina quod mihi uenit
 in mentẽ? Quid? Videtur natura ex eorũ numero esse,
 quae ad intelligentiam hoĩes eleuant, qualia nos perquiri-
 mus. Cumq; talis sit ut oĩ no mentem ad essentiam attol-
 lere possit, nemo ut deceat hac uti cognitione uideatur.
 Quare id ais? Conabor equidem sententiam tibi meã
 explicare. Animaduerte obscuro quemadmodum mecum
 ipse genera rerum ita distinguo, ut quaedam ad intelligen-
 tiam ducant, qualia nos dicimus, quaedam minime: &
 quae dicam cofirma, uel nega, ut clarius dignoscamus,
 an hoc tale sit, quale uaticinor. Ostende iam. Ecce o-
 stedo: si modo res quae sensus mouent, uides partim tales
 esse, ut ad considerandũ intelligentiam minime prouocet,
 ut potẽ quae sufficere sunt a sensibus iudicata, partim ta-
 les ut prouocet, quasi sensus in eis nihil sincere dydicet.
 Quae procul admodũ prospiciuntur dicis, & quae quodã-
 modo adumbrata sunt. Haud satis quae nam dixerim co-
 iecisti. Quae nam igitur? Ea porro in qua mentem mini-
 me prouocat, quaecunq; in contrarium simul sensum nõ in-
 cidit. Quae uero incidunt in contrarium, prouocant, post-
 quã sensus non hoc magis quam contrarium monstrat, siue
 eminus seu cominus intueatur. Sic aut quod dico, magis
 tibi patebit. hos utiq; tres esse digitos dicimus, pollicem,
 indicem, ac medium. Planẽ. Ita me loqui existimato,

quasi proximẽ uideantur. Atque id in ipsis considera.
 Quid? Digitus quidẽ esse similiter quisq; eorum apparet,
 atq; ad hoc nihil interest, siue medius offeratur, siue po-
 stremus, albus seu niger, pinguis aut tenuis, et quicquid
 generis eiusdem. In oĩbus siquidem huiuscemodi nõ cogi-
 tur aĩus intelligentiam ad discendũ prouocare, quid è
 multis sit digitus. Neque n. sensus ei simul significat
 digitum contrariũ esse quam digitum. Non certe. Me-
 rito igitur quod tale est, mentẽ nec mouebit, nec excita-
 bit. Merito. Ipsoru uero magnitudinem & paruitatem
 nõquid affectus satis cernit? nihilq; ad eũ refert, siue
 in medio quaedã illorum iaceant, siue in extremis? Eo-
 demq; modo pingue, tenue, uel molliũ & duritiẽ ta-
 ctus ipse? Atqui et alij sensus nõquid non imperfeete ta-
 lia quaedã declarant? Vel sic agit eorũ quisq;? Nam pri-
 mum quidẽ sensus qui ad durũ attinet, cogitur et ad mol-
 le pertingere, atq; ita renunciat, quasi idẽ & molle et
 durum esse senserit. Ita certe. An non necessarium est
 in rebus huiuscemodi animum dubitare, quid significet du-
 ri hic sensus, si quidẽ idẽ molle in super asserit? Itẽ sen-
 sus ipsius grauis & leuis, quid graue et leue, si leue gra-
 ue esse, & graue leue significat? Absurde profecto ha-
 ad animum interpretationes deueniunt, & consideratione
 indigent. Merito igitur in his rebus primo quidem ani-
 mus nititur rõnem & intelligentiam prouocans conside-
 rare, nunquid unũ, aut duo sint singula quae nuncian-
 tur. Cur non? Nõne si duo apparent, alterum & unũ
 apparet utriusque? Ita. Si ergo unum utrumq;, ambo
 aut duo, separata duo intelliget aĩus. Nam si indistincta
 perceperit, nõ duo, sed unum intelliget. Restat. Ma-
 gnũ quidem & paruum, aspectum uideri dicimus, non
 discretũ aliquid, sed confusum. an non? Planẽ. Pro-
 pter huius aut declarationem, magnũ rursum et paruum
 intelligentia cogitur intueri, non confusa, sed distincta
 potius contra ac sensus. Vera loqueris. Hinc ad sciscitã-
 dũ pratinus incitatur, quid magnum sit, quid paruum.
 Maxime uero. Atq; ita aliud quidem intelligibile, in-
 sibile aliud nõcupauimus. Scite admodum. Hac sunt
 quae nuper differere aggressus sum, quod uidelicet qualã
 animum ad intelligentiam erigunt, quaedã minime, quodã-
 ue ea erigunt, quae in sensus unã cum suis contrarijs in-
 cidunt: quae uero non ita, mentem non suscitant. Intel-
 ligo iam, atq; ita mihi uideatur. Quid uero numerus
 et unum? Vtro in genere tibi esse uidentur? Haud in-
 telligo. At ex supra dictis animaduerte. si enim suffi-
 cienter ipsum secundũ se ipsum inspicitur, aut alio quopiam
 sensu unum comprehenditur, haudquaquam ad essentiam
 mentem deducit, quemadmodum de digito diximus. In-
 autem aliquid semper contrarium illi simul suboritur,
 adeo ut nihil magis unum quam contrarium uideatur.
 iudicis discretione iam indiget, cogiturq; in ea animus du-
 bitare atq; perquirere, & mouens in seipso intelligen-
 tiam, sciscitari quidnam unum ipsum est. Atq; hoc pacto
 unius consideratio ex eorum numero erit, quae atollunt
 animum, conuertuntq; ad eius quod uerẽ est, contemplatio-
 nem. An enim tale nonnihil habet unius inspectio.
 Simul nanque ipsum ut unum cernimus, & ut multi-
 tudinem infinitam. Si unum id patitur, idẽ omnis
 numerus patietur. Absq; dubio. Enimuerõ computan-
 di & numerandi scientia omnis circa numerum. Maxi-
 me.

Arithmetica

Arithmeti-
ca & copu-
tatoria sũt
necessaria
militi.

Distinctio

Repetit al-
tius rem.

me. Hec autem ad veritatem conferre videntur. Mirū in modum. Hec itaq; disciplina ex earū genere erit quas querimus, militi quidem cognitu maximè necessaria ad acies ordinandas, philosopho autem ut è fluctibus generationis emergat, essentiamq; attingat, sine qua disciplina computare ratiocinariq; non poterunt. Est ita. Custos aut noster & miles est & philosophus. Nempe. Conueniens utiq; instituta erit, o Glauco, persuadere illis qui civitatis muneribus functuri sunt, ut se ad computandi scientiam conferant, neq; rudes adhuc inde discedant, sed persequantur quoad ipsa mente ad numerorum naturam contemplandam perveniant, non videnti emē diq; gratia, tāquam mercatores vel caupones: sed ut ad bellum instructi sint, facileq; animum a generatione ad veritatem essentiamq; conuertant. Praclare loqueris? Atqui his ita de ratiocinandi disciplina dictis, equidē mecum ipse cogito quā numerorum cognitio decora sit vtilisq; nobis passim ad id quod volumus, si quis eam cognoscendi, non cauponandi gratia sequitur. Quae ratione? Hoc ipsum inquam, quod modo diximus, quod vide licet vehementer subleuat animum deq; ipsis numeris disserere cogit, nullo modo admittentem si quis disputādo pro numeris corpora quae videntur & attrahantur, induxerit. Nostri. n. quemadmodum qui in his periti sunt, quoties aliquis ipsum vnum verbis discerpere nititur, subriident prorinus, neq; hoc tolerant: Verum si tu secas, ipsi multiplicat, cauentes nequando ipsum vnum non unū appareat, sed particula plurima. Vera loqueris. Si quis eos ita percōtetur, o mirifici viri, quibus de numeris disputatis quibus unū tale inest, quale vos traditis, aquale scilicet vnumquodq; est, & omne penitus omni, neq; minimo quouis discrepans, parte tamen nullam continens in seipso? Quid eos ad haec, o Glauco, existimas responsuros? Reor equidem responsuros illos, de ipsis se numeris loqui, qui cogitari duntaxat possunt, aliter aut attrahari nequaquam. Cernis igitur, o amice, hanc reuera peritiam huius disciplinae nobis necessariā esse? quandoquidē ut apparet animū ad hoc inducit, ut ipsa intelligentia utatur ad veritatem ipsam percipiendam. Vehementer id efficit. An & hoc aduertisti, quod homines natura arithmetici ad oēs doctrinas, ut ita dixerim, acuti videntur? Quinetiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint, si nullam vtilitatem aliam susceperint, tamen hoc assequuntur, ut acutiores quā antea sint. Sic est. Sed n. haud facile multa reperiet, ut existimo, quae maiori cū difficultate quā ista discantur. Non profectō. Propter omnes quas adduximus rationes, haudquaquam negligendam haec sunt, sed in his praecipue eruditi qui optimis sunt ingenijs. Assentior equidem. Hoc itaq; nobis ita positum sit: post hoc quod huic proximum est, consideremus nunquid nobis conducatur. Quid istud? num Geometriam dicis? Hanc ipsam. Quatenus. n. ad bellicā rē confert, ea tenus certe nobis cōuenit. Nā ad castra ponenda, regionē occupandam, colligendas turmas, vel et spargendas, et ad cetera machinamenta, quibus circa acies, vel in obsidione, vel itinere uti solent, permultum interest Geometricisne aliquis sit, an non. Ad haec utique exigua quaedam Geometria Arithmeticaq; particula sufficit. Inquirendum est aut, utriū diuturnius studiū uberiorq; perceptio conferat ad ideā boni facile dignoscendā. cōferunt vero ad

hoc omnia, quae animum illuc conuertunt, ubi est essentia beatissimum, quod ipsi est penitus cognoscendum. Recte. Ergo si essentiam intueri Geometriae studium cogit, cōuenit quidem: sin autem generationē, non conuenit. Ita diximus. Profectō nobis hoc non negabunt quicunq; vel paululum quid Geometriae gustarunt, quin haec scientia contra omnino se habeat quam ad ea loquantur, qui in ipsa versantur. Quoniam pacto? Quippe ridicule ad modum & quasi coacti saepe loquuntur. Nam velut operatores quidam operiq; gratia verba faciunt, dum & quadrare aiunt, & perducere, atq; addere, ceteraq; similiter. Doctrina verò haec omnis cognitionis gratia queritur. Sic est omnino. An non id quoq; nobis est concedendū. Quid? Quod queritur cognoscendi illius gratia quod semper est, non eius quod et oritur quandoq; & interit. Concedendum planē: nam Geometria eius quod est semper, cognitio est. Attollet igitur, o generose vir, ad veritatem animum, atq; ita ad philosophandū preparabit cogitationem, ut ad supera conuertamus, quae nunc contra quā decet, ad inferiora deijcimus. Quā maximè fieri potest. Quā maximè igitur praecipendum est, ut qui praclarissimam hanc habitāt civitatem, nullo modo Geometriam spernant: nam & quae praeter ipsius propositum quodammodo esse videntur, haud exigua sunt. Qualia? Quae tu circa rem bellicam cōmemorabas. Scimus quinetiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attigeritne Geometria aliquis, an non. Prorsus. Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam inuenibus. Statuamus. An tertio in loco ponemus Astronomiam? Quid censes? Ponendam equidem nā mutationes opportunitatesq; temporum praesentire non minus rei militari quā agriculturæ nauigationiq; conuenit. Quam dulcis vir es. Nempe vereri videris, ne multi te putent inutiles disciplinas inducere. Est autem non leue istud, sed difficile admodū persuadere, quod ex huiusmodi disciplinis instrumentum quoddam cuiusq; animi expurgatur reuiviscitq;, quod ante ex alijs studijs infectum occacatumq; fuerat, cum potius id seruandum sit, quā oculorum corporis decem milia. Solo. n. hoc inspicitur veritas. Eis ergo qui idem hoc sentiunt, mirum in modum bene loqui videberis. Qui autem id nunquam excogitarunt, merito nihil te dicere arbitrabuntur. aliam enim ab ipsis vtilitatem aestimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu videris veris cū potissimum differas. An forte cum neutris, verum tui gratia maximè verba facis, neq; tamen vlla detineris inuidia, si quis aliquam ex his vtilitatē capiat. Hoc potius eligo, mei scilicet gratia in primis interrogando & respondēdo differere. Age igitur inquā, retrogredere: nā nunc haud recte quod Geometriae succedit accepimus. Quare? Quia post planum, statim solidum illud quod circumfertur accepimus antequam ipsum secundum seipsum comprehenderemus. Decet autem statim post augmentum secundum tertium capere: est autem hoc circa cuborum augmentum, atq; id quod profunditatis est particeps. Est certē. Sed haec, o Socrates, nondum reperia videntur. Huius due sunt cause, quia videlicet nulla in civitate haec honorantur: & cum inuentu difficilia sint, haud ardentem queruntur, & qui ista perquirunt, duce indigent, sine quo minimè reperirent.

Quo pacto conducatur Geometria ad philosophandum.

Astronomiam vtilis.

Vide ut tē. pote Socrates, nō erat mathematicae pars, q̄ de corporibus reperia

N y Quem

Homines natura arithmetici et oēs doctrinas sūt equi.

Geometria vtilis sit

Quem esse primo difficile est: deinde etiam si sit, dum tamen ita se habent ut nunc qui haec indagant, fastu elati nequaquam parerent. Sin autem civitas tota huic operi praefideat, honorifice deducens, & isti obtemperabunt quidem, et haec sedulo studioque discussa, clarius emicabunt. Quippe etiam nunc quancumque & vulgus haec contemnit & prohibet, & qui haec perscrutantur, qua ratione vilia sint ignorant; tamen vi gratia cuiusdam valent. Neque mirum si haec ita apparuerint. Nempe quod gratum est, id praecipuum. sed mihi aperius qua nunc dicebas explana. Studium quod circa planum versatur, Geometriam vocabas. Equidem. Post Geometriam continuo Astronomiam ponebas. Sed paulo post retro retulisti pedem. Enimvero quo magis propero, eo peruenio serior. Nam cum mox illi succederet facultas illa qua de augmento in profundum agit, quia ridiculosa eius habetur inuestigatio, eam transgressus post Geometriam, Astronomiam protinus attigi, qua in profundo ipsius agitatione consistit. Probe loqueris. Ergo quarto in loco ponamus Astronomiam, tanquam ad sit ea facultas qua nunc fuerat praetermissa, si modo in civitate suscipiatur. Sic decet. Atque eam Astronomia laudationem, o Socrates, in qua tu me interpellasti, quasi importunius ipsam extollerem, ex tuo progressu nunc prosequor. Nam cuius parere existimo hanc animi oculos ad superiora dirigere, & hinc illuc ipsum perducere. Fortè hoc omnibus praeterquam mihi perspicuum. Quoniam mihi quidem non ita videtur. At quoniam modo? Porro ut nunc eam tractant, qui philosophiae ipsam iungunt, ad inferiora deicere animi oculos mihi videntur. Qua ratione id ais? Non ingenerose mihi videris tecum ipse spernorum intelligentiam definire. Constat enim quod si quis laquearia variis coloribus depicta suspiciens quicquam perceperit, eum non oculis intueri, sed intelligere arbitraberis. At forte rectè sentis, ego autem inepte. Reor equidem nullam aliam disciplinam ad supernam inspectionem animi excitare, nisi eam qua circa essentiam & id quod videri non potest versatur. Quod si quis sursum inhians nunquam conuersus deorsum, sensibile aliquid percipere studet, discere ipsum nequaquam assero. scientiam enim adipsi hinc nego, et eius animi non sursum, sed deorsum aspicere censco, etiam si resupinus in terra litore vel maris aquore iacens, quicquam perceperit. Haud iniuria me corripuisti. Verum qua ratio discenda Astronomia praeter eam qua isti sequuntur, si eius nobis cognitio sit ad ea qua dicimus profutura? Haec utique. Existimandum est has qua in caelo sunt varietates, postquam in loco visibiles sunt, si ad ceteras eiusmodi coparentur, optime integerrimeque dispositas: sin autem ad veras, longe deficere. Veras inquam varietates & motiones, quibus, ipsa qua verè est velocitas, & ipsa qua verè est tarditas in verò numero, veris figuris omnibus & inuicem feruntur, & qua insunt ferunt. Quae quidem oia ratione et cogitatione comprehendere possunt, visu verò nequaquam. Quid censeres? Idem proorsus. Nonne igitur celestium varietate utendum est velut exemplo quodam ad supernarum rerum contemplationem: perinde ac si quis videat figuras à Daidalo, vel alio artifice vel pictore egregie compositas & elaboratas. Nempe si esset is qui eas videt Geometriae peritus, artificium ipsum laudaret, ridiculum tamen esse censeret, si quis attentius talia consideraret, tanquam in ipsis veritatem aqua-

lium, vel duplorum, vel alicuius proportionis alterius re-
perturus. Cur non absurdum id videatur? Idem quoque facturum putare debemus verum Astronomum, quando motus siderum intuebitur: arbitraturum scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est, quam pulcherrime ab ipso caeli conditore & caelum ipsum & qua in eo sunt, fabricata: absurdum tamen existimaturum, si quis noctis ad diem comparisonem, horumque ad mensem, mensium ad annum, & aliorum astrorum inuicem & ad ista, semper similiter fieri censeat, neque unquam quocumque modo mutare tenorem, cum & corpus habeant & videantur, quaeque in his omni studio veritatem. Mihi certe in praesentia te audienti idem videtur. Itaque propositio nibus utemur ut in Geometria, ita & in ipsa Astronomia: & qua in caelo sunt, dimittimus, si modo ita percepturi sumus Astronomiam, ut quod in nobis sapientia compos natura existit, vtile ex inutili efficiatur. Quanto amplius laborum imponis astronomo, quam hodie impenditur vulgo? Arbitror autem & alia nos percipere eodem modo debere, si qua ex nobis tanquam legum conditoribus sit vtilitas prouentura. At quam nunc ex conuenientibus disciplinis comemorabis? Nullam ad praesentiam habeo, quam comemorem, inquit. Attamen non inquam tantum, inquam ego, sed plures species motus nobis praebet. Omnes quidem depromere, qui sapiens est, poterit. Quae verò mihi occurrunt, duae sunt. Quales? Una quidem Astronomia consimilis & aequipollens. Qualem inquam? Quemadmodum ad Astronomiam oculi, sic ad harmonicum motum videntur aures fabricatae. Vnde et has inuicem esse germanas scientias, & Pythagorae putant, & nos, o Glauco, assentimur. Vel quoniam agemus inquam ego? Ita proorsus, inquit. Nonne qui quid de hoc opus est, eos percontabimur, quo pacto de ipsis loquuntur, & nunquid aliud praeter ista, nos autem ad hac oia nostrum illud seruabimus? Quid? Nequaquam dent operam, ut nostros alumnos quicquam ex his manibus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper quo proficisci omnia debent, quemadmodum paulo ante de Astronomia narrauimus. An ignoras quod circa harmoniam tale aliquid agunt? Nam dum concentus & tonos qui percipiuntur auribus, metiuntur & comparant, irritum laborum quemadmodum Astronomi tempus conterunt. Per dicitur ridicule admodum isti crebrius voces frequentant ingeminantque, & aures proprias admouent, velut è vicinore loco vocem ipsam rectius venaturi. Atque eorum aliquid dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimumque esse intervallum hoc, quo metiri quis debeat: aliquid verò ambigunt, quasi sonus iam similis audiatur. & Verique aures menti praeponunt. Tu verò, inquam ego, vtilissime eos musicos vocas, qui chordas iugiter vexant examinantque, & clauiculis tum intendendo, tum remittendo pulsationes contorquent? Sed ne longius similitudo in pulsatione qua pleetro fit, et illa iactantia pernicitatis chordarum accusanda prouehatur, imagini huic finem imponam: atque non hos, sed illos potius, ut de harmonia dicant, rogandos. Nam idem faciunt quod & illi qui in Astronomia versantur. Nempe numeros eos sectantur qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. Sed ad inuestigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, & quam ob causam verique sint

fint tales. Rem egregiam narras. Adde & vtilem ad boni ipsius pulchritudinem, quae si aliter quaeratur, fit prorsus inutilis. Probabile istud quidem. Arbitror autem supradictorum omnium tractationem, si mutuam ipsorum communionem cognitionemque attigerit, inuestigaueritque qua secum ista inuicem ratione cohaerent, ad ea quae expetimus conuertatur, neque frustra in his homines, sed vtiliter admodum versaturos: inutiliter autem, si aliter actum fuerit. Atqui & ego ita vaticinor, sed magnum est quod iubes, o Socrates. Quid? initium, inquis, an aliud quiddam? An ignoramus haec omnia ipsius legis, quam discere decet, initium esse? nondum enim dialectici de his rebus differere tibi posse videntur. Non perzonem, nisi per paucos quidam omnium quos unquam cognouerim. At enim nisi quis, inquam, & accipere possit & reddere rationem, nunquam sciet quicquam eorum quae esse dicimus cognoscenda. Nunquam prorsus. Nonne haec iam lex est, o Glauco, inquam, quae per differendi artem ostenditur, quam rursus intelligibilis cum sit, ea vis emittatur aspectus, quam supra diximus, ad ipsa iam animalia sese conuertere, & ad stellas, & ad ipsum denique solem? Haud secus cum quis ad differendum se confert absque sensibus, ratione duntaxat ad ipsum quod est, quodlibet nititur: qui si non destiterit prius, quam ipsum quod est bonum, intelligentia ipsa perceperit, tunc demum ad finem intelligibilis ipsius ita peruenit, ut ille alter ad visibilis finem ascendit. Omnino sic accidit. Nonne dialecticam hanc progressionem vocas? Quid prohibet? Atqui quae admodum solutio illa a vinculis, conuersioque ab umbris ad simulacra ac lumen, & ex antro ad solis lumen exitus, ibique animalium & plantarum inspectio, solisque et siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum intuitus, ipsum quod in corporibus est clarissimum ad id conuertunt, quod est in corporali & visibili regione omnium fulgentissimum: Ita omnium supradictarum artium studium deducit animum per umbras non simulacrorum, sed eorum potius quae vere sunt: diiudicareque eas facit, ad aliud quoddam lumen tanquam ad solem, habetque vim quandam extollendi id quod est in aere praestantissimum, ad contemplationem eius quod in ordine rerum est optimum. Equidem sic accipio: quanquam mihi talia haec esse videntur, ut neque facile admitti possint, neque facile rejici. Veruntamen cum non in praesentia solum audienda, sed deinceps sapius repetenda sint, his ita positus, ut nunc traditum est, ad ipsam iam legem deueniamus, atque ita eam percurramus, ut procerum iam transegimus. Quare dic amabo, quis potentiae differendi modus, & quas in species distribuitur, & quae viae sint, haec nanque sunt, ut videtur, quae illic perducunt. quod quisquis peruenit, illic demum tanquam in itineris termino requiescit. Nondum, o amice Glauco, assequi poteris. Profecto quantum in me est, nihil tibi deerit studij, quo voti compos efficiaris. Neque imaginem amplius eius quo de agimus, sed rem ipsam veram qualis mihi videtur, aspicias. Vtrum autem reuera talis sit, necne, haudquaquam affirmare decet. Sed illud duntaxat asseuerandum, quod tale aliquid est cognoscendum. nonne? Nihil prohibet. Quinetiam & istud, quod sola differendi facultas hominum in his quae diximus, erudito id ostendet. Aliter vero cognosci penitus impossibile. Hoc quoque asseuerandum. Nemo autem aduer-

sabitur nobis dicentibus, quod differendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa unumquodque quid ipsum sit inuenire. Siquidem caetera artes, aut opiniones hominum cupiditatesque respiciunt, vel ad generationes & compositiones, vel ad culturam eorum quae generantur & componuntur. Reliquae vero quas diximus, verarum rerum quoquo modo participes esse, Geometria scilicet, eiusque comites, circa ipsam essentiam quodammodo somniant, sincere autem quicquam ab illis cernere impossibile est tantisper dum suppositionibus haeret, easque ratas & immobiles ad eum seruant, ut illarum rationem reddere nequeant. Nam ubi principium quidem ponitur id quod est ignotum, finis autem & media ex ignoto tractata, inuicem connectuntur: collectam inde assertionem quoniam pacto scientiam vocamus? Nullo. Dialectica vero sola sublati suppositionibus omnibus, ad ipsum principium ut compertum habeat, pergit, ac reuera animi oculum caeno barbarico obrutum, paulatim sursum trahit, ac ducit, tanquam adiutricibus ac ministris quibusdam utens his artibus quas narrauimus. Eas porro nos saepe scientias propter consuetudinem nominauimus. Indigent autem alio nomine clariore quidem quam sit opinio, obscuriore vero quam scientia. Cogitationem certe nos in superioribus earum notionem cognominauimus. Neque tamen est de nomine controuersia inter eos quibus de rebus tantis, quantum nobis ad praesens est discrepatio. Non certe. nam solam exigunt ad rerum habitum interni conceptus expressionem. Placet igitur quemadmodum supra, primam partem vocare scientiam, secundam cogitationem, tertiam fidem, postremam imaginationem vel assimilationem. Et ambo illa simul intelligentiam, haec autem ambo simul opinionem: & opinionem quidem circa generationem, intelligentiam vero circa essentiam esse. Quod autem est ad generationem essentia, id ad opinionem intelligentia. Quodue intelligentia est ad opinionem, id & ad fidem scientia, & ad imaginationem denique cogitatio. Comparationem vero illorum in quibus ista versantur, diuisionemque vtriusque geminam, opinabilis scilicet intelligibilisque, o Glauco, omittamus, ne prolixior de his oratio quam de superioribus habeatur. Equidem quantum mea mens potest, reliqua consequi libet. An non dialecticum vocas eum qui rationem cuiuslibet capit essentia? Illum vero qui hanc rationem non habet, quatenus nec sibi, nec alteri potest reddere rationem, eatenus intelligentiam circa hoc habere negabis? Certe non aliter est dicendum. De bono etiam similiter iudicandum. Nam quicumque boni ideam ratione definire non potest, a caeteris omnibus eam distinguens, & tanquam in praelio per omnia penetrando, caetera cuncta rejicere, non secundum opinionem, sed secundum substantiam arguens & refellens, perque haec omnia stabili & inconcussa progredi ratione: hunc tu ita affectum, neque bonum ipsum dices cognoscere, neque aliud quicquam bonum: Verum si quod forte simulacrum attigerit, opinione potius quam scientia illud attingere, atque hac in vita insomniis dormitantem illudi, & antequam expergiscatur, ad inferos descendentem, extremo tandem occupari sopore. Perzonem omnia haec prorsus asseuerabo. Caeterum liberos tuos quos nunc oratione instruis, si quando re ipsa erudires, ut arbitror, non permitteres maximarum rerum in ciuitate potestatem habere, dum linearum instar non possent eu-

Cuius artis sit diffinitio.

Dialecticam esse necessarium philosopho.

In ratione differendi.

Vide praestantiam scientiae diuinae.

iusque reddere rationem. Non certe. Legem itaque feres, qua iubeantur eam potissimum disciplinam capeffere, ex qua ad interrogandum et respondendum ut sciente decet, aptissimi sint. Tecum una istud praecipiam. An ergo videtur tibi doctrinis omnibus dialectica velut apex esse praeposita, nec ulla doctrina ulterius ac eminentior reperiri, sed hic iam doctrinarum omnium esse finis? Mihi quidem videtur. Restat ergo deinceps aperiendum quibus distribuenda haec disciplina sint, et quo. Videlicet.

Recordaris in prima illa optione quales delegerimus principes? Quidni recorder? Quo ad alia quidem naturas illas eligendas existimato. Nam et grauissimos hoies et fortissimos decet eligere, et quoad fieri potest speciosissimos. neque solum querendi sunt hoies generosi, atque terribiles, sed qui insuper eas habeant naturae dotes, quas disciplina haec exigit. Quas? Acumen, inquam, facilitatemque ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adesse. Magis enim absterret animus disciplinarum quam gymnasiolorum corporis, difficultas. Siquidem magis proprius illi labor est, qui soli competit, quam qui corpori etiam est cois. Vera loqueris. Querendus itaque vir est memoria valens, integerrimus, tolerantissimus. Nam quem alium censeres libenter labores corporis subiturum, tamquam arduum doctrinae meditationisque studium ad finem usque profecturum? Neminem profus nisi qui optima natura sit praeditus. Ex eo quippe errore, ut supra dicebam, aduersus philosophiam oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim a spuris, sed legitimis est atrectanda. Quo pacto? Principio ad labores suscipiendos claudus esse non debet quisquis est philosophiae sacris initiandus, ut partim eos adeat, partim recuset. Contingit autem hoc, quoties aliquis gymnasijs et venationi et reliquis corporis exercitationibus deditus, disciplinarum studium refugit, neque audiendo delectatur, nec inquirendo, sed omnem hanc odit curam. Claudus praeterea et ille est, qui exercitationibus animi delectatus, contemnit alias. Vera narras. An non et quo ad veritatem similiter mancum eum ponemus animum qui voluntarium mendacium odit, et egeret ipse secum, et alijs mentientibus indignatur, inuoluntarium vero mendacium facile tolerat: et si ignorare aliquid deprehendatur, haud grauiter perfert, sed libenter veluti suis ignorantiae sordibus volutatur? Oino quidem. Quinetiam circa temperantiam et fortitudinem magnificentiamque, et reliquas virtutis partes non minus obseruandum est, qui nam legitimus sit, qui spuris. Quando enim haec minus considerant, et priuati, et ciuitas, ignari videntur maius et spuris ad quodcumque istorum contigerit, priuati quidem amicis, Respublica vero principibus. Sic accidit profus. Nobis haec omnia praecauenda sunt. Nam si homines quo ad corporis ac mentis habitum integerrimos ad tantam doctrinam exercitationemque ducemus, atque erudiemus, et ius ipsam nobis minimè succensebit, et ciuitatem Rempublicamque seruabimus. Sin aliter affectos homines ad ista ducemus, contraria faciemus omnia, et philosophiam multo etiam magis dedecorabimus. Turpe quidem id esset. Mirum in modum. Caterum nonnihil mihi in praesentia risu dignum contigisse videtur.

Quid istud? Latuit me nimirum, quod iocabamur, quare acius egi, quam deceret. Quippe inter loquendum

ad philosophiam ipsam conuersus, eam dedecore affectam aspexi. Quod et grauiter perpeffus fuisse videor, et his qui in culpa sunt, tanquam indignatus seuerius haec dixisse. Non per Iouem, ut mihi audienti videtur. Mihi tamen dicenti sic apparet. Hoc autem ne nos fugiat, quod in priori electione senes elegimus, in hac vero nequaquam licebit. Neque Soloni credendum est, hominem senescentem posse in dies plurima discere, qui minus id potest quam currere. Iuuenibus enim conueniunt multi maximique labores. Neesse est. Illa igitur qua ad arithmetica, et Geometriam, omnemque doctrinam ea pertinent, qua dialecticam antecedere debet, pueris tradenda sunt, atque docendi modus accipiendus est quo minime coacti ad discendum esse videantur. Cur istud? Quoniam non decet liberum hominem cum seruitute disciplinam aliquam discere. Quippe ingentes labores corporis vi suscepti, nihil deterius corpus efficiunt. Nulla vero aie violenta disciplina est stabilis. Vera loqueris. Ergo non tanquam coactos pueros in disciplinis, o vir optime, sed quasi ludentes enutrias, ut et magis ad quod quisque natura sit aptus, possis agnoscere. Consentaneum est, quod dicis.

An non recordaris a nobis, in superioribus dictum, pueros esse equis spectandi gratia in castra duceos, et si in toto id tentari possit, proprius admodos, ut catulorum instar sanguine incipiant degustare? Recordor equidem.

Quicumque vero ad hos labores, disciplinas, pericula, propiores, acrioresque apparent, in numerum aliquem seligendi sunt. Qua in aetate? Quando a necessarijs neque exercitationibusque soluti sunt. In hoc si quidem tempore huiusmodi sit seu triennium, facere aliud nequeunt. Labor enim ac somnus disciplinis aduersi sunt. Et simul haec examinationis aliarum non minima esse videtur, qualis videtur quisque in gymnasijs ipsis apparebit. Quidni? Postquam ipse quicumque ex viginti annis ut ceteris praestantior electi fuerint, maioribus, quam ceteri afficiantur honoribus: et quae disciplina istis in pueritia sparsim ostensa sunt, una his iterum offeratur, ad ipsam disciplinarum interesse cognitionem, et ipsius quod vere est naturam conspiciendam. Sola haec cognitio quibuscumque traditur, stabilis permanet. Atque haec experientia cognoscitur maxime qui ad dialecticam optime a natura est institutus, qui non. Nempe quisquis ad hoc dignoscendum est perspicax, dialecticus est: qui vero hebes, nequaquam. Tenuis equidem. His igitur ad aduersis oportebit eos qui apprimae tales in ipsis reperientur, stabiles in disciplinis, constantes in bello, in alijs legitimis officijs perseverantes, postquam trigessimum egerint, ex electis praeelectos in maioribus honoribus constituere, et ipsa differendi facultate diligenter examinare, quis eorum potest sine oculorum et aliorum sensuum ministerio ad ipsum quod vere existit cum veritate transcendere. In quo maxima, o amice, opus est cautione. Cur nam inquit? Non ad aduersis inquam, quantum nunc malum circa differendi peritiam inolefcat? Quale istud? inquit. Iniquitate profus abundans, inquam. Summopere, inquit. Mirum aliquid perpeti ipsos existimas, nec ignoscis? Quare non maxime?

Si quis supposititius puer multis in delicijs a nobili familia nutriatur, inter adulatores copulimus: adultus autem perferat, quod ex eis quos parentes existimat natus non fuerit, veros tamen genitores nusquam reperiat: nun-

quid vaticinari potes qualis huic animi affectus futurus sit erga adulatōres, & erga eos qui ipsum supposuerunt, tam eo tempore quo nihil de suppositione suspicabatur, quam postquam rem ipsam agnouit? An vis praesentium meum audire? Volo equidem. Vaticinior atq; illi dum suppositionem penitus ignorabit, magis eos honoraturū quos parentes & propinquos existimat, quam assentatores: minusq; eos si quando egeant neglecturum, tardiorēq; fore ad iniuriam ipsis inferendam, vel conuicium dicendum, magisq; illis in rebus grauibus quam adulatoribus pariturus. Verisimile quidē. Sin persenserit, hos certe minus honorabit curabitq;, assentatores verò magis quam antea colet, illis propensius obsequetur, ad eorū exemplū uitam instituet suā, cū illis palam ac libere conuersabitur. De his verò quos parentes & propinquos putauerat, nisi alioqui proba natura sit ingenio, nihil prorsus curabit. Omnia prorsus ut narras, contingerēt. Sed quid haec similitudo ad eos qui disputationes sectantur? Audies modo. Sunt nobis à pueritia opiniones de honestis iustisq; officijs, sub quibus tanquam parentibus educati sumus: his paremus, has praeteris honoramus. Sunt planè. Offerunt se nobis & voluptates, quae ad contraria nos alliciunt: & dum animae blandiuntur, ad illa detorquent. Nō tamen ab his flectuntur, qui vel paulo quam ceteri moderatiores sunt, sed illa veluti paterna colunt, eisq; obtemperant. Sic euenit. Si dialectica vis aggressa aliquem ita affectum interroget quid honestum sit, ac respondentē id quod ex legislatore perceperat, ratio confuter, crebrisq; & varijs redargutionibus eō deducat, ut opinetur illud non magis honestum esse quam turpe, deq; iusto ac bono similiter arguat, & de ceteris quae summo in honore ante habebat, parine illa posthac honore & obseruantia prosecuturum putas? Minori admodum putato. Quando igitur neque ista quis censet domestica ut antea vel honoranda, neque reperit vera, in vitam potius blandam quam in aliam, ut consentaneum est, prolabitur. Verisimile id quidem. Ex iusto igitur fiet iniquus. Necessē est. An non merito ut nuper dicebā, affectio eorū qui ita se ad differendū cōparant, talis est, ut plurimā exigat Veniā? Et misericordiā insuper. Ut igitur miserabilis hic euentus vitetur, triginta annos nati duntaxat, caute admodū dialecticas argumētationes gustent. Ita prorsus. An nō haec prudens cautio est, ut eas videlicet iuniores hōes non attingant? Neque. n. te later, ut arbitror, quod cū primū adolescentuli disputationis artificijs gustant, eo protinus quasi ludo quodā ad refellendū vtuntur, eosq; qui confutant alios, studiosē se stantes, & ipsi alios quoq; redarguūt, ac distrahendū lacerandūq; proximis catulorū more assidue delectantur. Mirū in modum. Cū verò plures conuicerit, et à pluribus ipsi conuicti fuerint, eō cōfestim deueniunt, ut ex pristinis opinionibus ratā nullam habeant. Atq; ex his & ipsi & oīs philosophia apud alios calūniam reportarunt. Vera refers. At vir natu grandior, ab hac insania diligentius declinabit, ac hōem inuestiganda veritatis gratia differendū imitabitur potius, quam eū qui iocandi causa versutis captiuculūq; incumbit. Quin & ipse modestius sese geret, & disputandi studiū ex infami reddet illustrius. Scite ad eiusmodi praerea cautionem, superiora dicta sunt oīa: oportere videlicet moderatos &

graves esse illos, qui ad disputationis studiū asciscuntur, neq; cōicandum esse id ineptis hominibus, & ut nūc fit, oībus quoscunq; fors obtulerit. Sumopere. Siquis disputationi diligenter assidueq; det operā, nihilue agat aliud nisi quod vicissim quandoq; gymnasijs corpus exerceat, huic ad perceptionē huiusmodi anni duplices superiorum sufficient. Nunquid sex dicis? an quattuor? Quinque adhibeas. Deinde ad antrum illud erunt iterum deducendi, cogendiq; eos principatus assumere qui ad bellum spectant, & si qui sunt iuuenum principatus, ne vsu rerū ab alijs superentur. Atq; in his quoq; examinandi sunt, utrum constantes permaneant, dum trahuntur undique, aut nutent. Quot autē annos istis ascribis? Quindecim. Quū verò ad quinquagesimum annum peruenerint, qui cunque integri inter eos rebusq; gestis & scientijs praecellentes apparent, ad finem iam perducendi sunt, cogendiq; ut animi radium ad supera dirigentes, ipsum quod omnibus lumen praebeat, suscipiant: quumq; ipsum bonum nouerint, exemplo illius freti ciuitatem, priuatos, seq; ipsos per oēm sequentem vitam, et singula vicissim exorment. Ac plurimū quidem in philosophia versentur: cū verò ad magistratus accersentur, in ciuilibus negocijs inuigilent, sigillatimq; gubernent reipub. gratia, ita ut non tanquam bonum aliquid & optadum ministerium, sed necessarium potius exequi uideantur. Atque ita quū alios similiter ipsi instruxerint, eos vicissim reipublice custodes relinquent, ipsi verò in beatorum insulas transmittentur. Monumenta verò illis & sacra tanquam de monibus si Pythias oraculo confirmauerit, publice dicabuntur: sin minus, saltem ut beatis atque diuinis. Miris eos prorsus, o Socrates, principes quasi sculptor figurasse uideris. Quod de uiris dixi, idem & de mulieribus intelligendum. Neq; putes, o Glauco, magis me de uiris quam de mulieribus fuisse locutum, quaecunq; uidelicet natura apta ad haec officia sunt. Recte se id habet. siquidem pariter in omnibus, ut narrauimus, cū uiris comunicabunt. Num concedis nos de reipub. omnia non quasi pro desiderio effinxisse, sed pro ueritate locutos, difficilia quidem factū, possibilia tamen, ea duntaxat ratione qua diximus? Quando scilicet homines reuera philosophi, vel unus, vel plures nati in ciuitate potentia, praesentes honores deficient, illiberalesq; eos & nullius existimabunt: ipsum autē quod rectum est, et honores qui ab eo proficiuntur, plurimi facient, maximū verò & summo opere necessariū quod iustum: & huic ministrantes, idq; adaugentes ciuitatem suam rite disponent. Quo pacto? Omnes quicūq; in vrbe decem annos impleuerint, in agros transmittent: filios autem ipsorum suscipientes, procul ab his moribus quibus hodie parentes vtuntur, moribus legibusq; suis educabunt, quales uero sint, enarrauimus. Atque ita celerrime atque facillime ea ciuitas et reipublica orietur, quam supra diximus, si quando extiterit, beatam fore & genus hominum in quo condita fuerit, plurimum iuuaturam. Maxime quidem. Atq; ut constitui possit eiusmodi ciuitas, si quando constituatur, o Socrates, adinuenisse uideris. Nonne ergo abunde, tum de hac ciuitate, tum de homine eius persimili iam nobis dictum? Constat enim qualem eius similem esse debere dicemus. Constat planè, & quod quaeris, finem mihi iam habere uideatur.